



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 10. S. Stephanus Hungarorum rex, quantus in amandis pauperibus,  
fuerit Dei imitator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

num nescit; cuius potentia non est finis, nihil ignorat, nihil negligit, nihil non potest. Quare magis vult, magis valet, magis curat, quàm mater. *Namquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filii uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Quæ cum ita sint, prodest vitæ que hominibus sua paupertas, per eam, dum eos negligere Deus videtur, maximè curat, quia maximè amat. Quamobrem rectè posuit illud Themistoclis vsurpare: *Perieramus, nisi perissemus.* Multis etenim perire est salutare; hoc est, multis perdere opes, perdere domos, perdere pecunias, perdere vitæ necessaria, est occasio, vt Deum inuocent: qui inuocatus est, & succurrit. Itaque male perierant, nisi bene à Deo perdit bene perisissent. Quod ita esse, pauperes vel in Martyribus possunt cognoscere; nam & illi sic bene perierunt in hoc sæculo, ne perirent in futuro. Plura qui vult legere de hac cura Dei erga pauperes, tomum nostrum primum adeat, de Iudicijs Dei, quæ in hoc mundo exercet.

Tom. I.  
de iudicijs, quæ  
Deus in  
hoc mundo  
exercet. c. 4.  
§. 5.

§. X.

§. *Stephanus Hungarorum rex, quantus illi amandis pauperibus, fuerit Dei imitator?* Ne

Ne autem ipse solus curet pauperes Deus, vult etiã in hac cura homines suos esse imitatores, quorum plurimi extiterunt. S. Stephanus primus Hungarorum rex menti suæ altissimè impresserat illa Christi dicta: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur: date & dabitur vobis;* quare tanto affectu pauperes, & in illis Christum amplectebatur, vt nullum vñquam hospitem, aut peregrinũ absq; aliquo solatio à se discedere pateretur, & in egenos quotidianas expensas fieri iuberet. Nocturno tempore, eleemosynas non solũ in sinu pauperum abscondebatur; verũ etiam, Christi exemplo sese demittebat ad eorum pedes abluendos. Accidit, vt quadam nocte, nemine sciente, solus pauperes inuiferet, qui viso marsupio ita pecuniæ inhierunt, vt certatim, in eum inuolantes barbam ei euellerent. Ille nulla indignatione motus, immo gaudio perfusus, humiq; prostratus his verbis exclamauit: *Regina celestis, & mea, en quem tu regem constituisti, eum sic honorarunt milites tui. Quæ si mihi ab aliquo hoste illata esset iniuria, tuo fretus adiutorio, non sinerem eam inultus abire. At nunc sciens hinc mihi parari aeternam felicitatem, impense laetor, & gratias agens*

Sar. 20.  
Augusti.

Matth. 9.  
Luc. 6.

Luc. 21.

agens, illis piissimi Saluatoris consolatorijs  
 bis, quibus discipulos suos confirmavit: Capillus  
 inquit, de capite vestro non peribit. Dixit, de  
 incredibilem quamdam animo persensit dubi-  
 cedinem, statuitque numquam pauperi vili  
 pectoris sui ostia claudere. Quam liberali-  
 tatem in clericos præcipuè ac Religiosos  
 exercuit. Quorum vni Gunthero dicto, tanta  
 tam potestatem concessit, vt quoties sua præ-  
 sentia eius aulam illustraret, curam regni ei de-  
 mandaret. Tum ille rebus, quas in aula inu-  
 nisset, in peregrinos, egenos, viduas, pupillos  
 cœnobia & Ecclesias erogatis, breui illam exinan-  
 niebat.

## §. XI.

Ethelouoldi, VVilhelmi, Germani, sanctissimorum  
 rum Episcoporum erga pauperes cura.

Seuer.

Sulpit.

cap. 2. de

vit. S.

Martin.

Quid igitur? num & regnum fuit de-  
 pauperatum? nequaquam. Sed dum rex  
 pauperum; Deus regis & regni curam gessit.  
 Tanti autem curam hanc fecerunt Sancti,  
 vt etiam sibimet ipsis cibum, etiam vestes  
 detraherent, egentibusque largirentur. Pa-  
 lam est, quid Martinus adhuc catechume-  
 nus fecerit. Ethelouoldus Wintoniensis  
 Episcopus, neque Ecclesiæ ornamentis pe-  
 percit, Accidit, vt quandoq; acerba fames uni-  
 uersam

Sur. 1.

Aug